amorem sicut d̄z Job. tertio. Qui
manet in caritate in deo manet et
dens in eo. Ad vnionem aut maxi-
me ouenientis sequit̄ delectatio sū-
ma et in hoc pficiē nostra felicitas.
Et quo patz q gaudiū fruitionis
in actu diuine visionis quo videtur
diuina essentia nude in se ipa incho-
atur. sed in dilectiōe et amplexu vni-
tiuo et gustu affectuali diuine dul-
cedinis pficiē et consummat̄. Quāuis
em̄ fruitio nō sit sine visione. pfecti-
est tñ in dilectione. Sicut em̄ hic p-
fectius est diligere q̄ agnoscere sic
et ibi. Intellect̄ noster implebit̄ leti-
tia visionis sed affect̄ noster imple-
bit̄ letitia dilectionis cui ouenit cō-
ire et transformare. Ad gaudiū bea-
titudinis tria ouerunt. pfecta visio.
plena cōprehensio. inhesio amoris
consummat̄. Et in isto stat tota sum-
ma doctoz fratris Johannis de
ruysbroech ouernentiū presentē ma-
teriā. Unde sicut ex ipis dictis ma-
nifeste colligi et elici potest ipse po-
nit beatitudinē nostram ouistere in
distinctiua siue discretiua cognitiō-
ne et contemplatione dei intuitiua. et
hanc vocat beatitudinē actualem et
in fruitione dei quiescitiua vbi aia
igne diuini amoris resoluta liquat̄

et deficit a se ipa et spoliata omniū
virū suarū ppria et naturali actiui-
tate mentale simplicitatē induit et
imaginis increate assequit̄ assimila-
tionē. Gaudiū fruitionis est tante
magnitudinis et tam indicibilis su-
auitatis q̄ mens beata vel huma-
na plene ouprehendere non pōt. sed
tota absorbet̄ ex plenitudine illius
gaudiū sicut stilla aque absorbet̄ a
vino forti vt dicit Bern̄. Et istū gu-
stū fruitionis omnes vires anime
indicibili gaudio absorbet̄ et h̄c
inhesionē et amplexū mellifluū indif-
solubilis caritatis et absorptionē
abyssabile amoris vbi aia inabissa-
tur et totaliter in deū trañcit̄ et trās-
format̄ appellat beatitudinē essenti-
alem. qz ibi aia omniū virū suarū
actiuitate spoliat̄ et vtiē sola conso-
latione diuine suauitatis. Ibi inq̄
in pace in id ipm dormit et requie-
scit. dormit in quietatione plena in-
tellect̄. requiescit in plena satiatiōe
affect̄. Et sic patz q̄ sensus ei⁹ est ve-
rissim⁹ nec discrepat a sententia san-
ctoz patruz. Et si est aliquis error
in dictis suis ille solum stat in quō
nominis. nomina aut sunt ad placi-
tum. et ideo talis error non est ma-
gni ponderis. Quod autem dicitur q̄
ad fruitionem spectat plena cōpre-
hensio hoc nō est sic intelligendū q̄
beati ouphendūt totaliter ipm deū
ipm omnem modū quo est agnoscibi-
lis. talis em̄ modus cōprehensio-
nis diuine nature est impossibilis
omni creature vt patz Jobis primo

Defectio Johis de

vbi dicit deū nemo vidit vnq̄. Sz iste mod⁹ cōprehensionis attendit quantū ad immediationē cognitionis de qua sup̄ dictū est. qz beati verbū eternū et oīa alia in se ip̄o qz p̄ ip̄m cōprehendēt et cognoscent. **I**ntra illud ps̄. **I**n lumine tuo viduim⁹ lumē hoc est te ip̄m qui es lumen subsistens dicit Augustin⁹

Restat nūc vlteri⁹ vidē qua- liter sane intelligenda sūt il- la dicta fr̄is Johis de Ru- ysbroech q̄ dñs cancellari⁹ in epla iudicat esse repudiāda tanq̄ erro- nea vel male explicata quoz p̄mū est istud quo dicit. Perdit aīa contē- plantis in esse tali diuino abissali. ita qz nō sit repibilis ab aliqua cre- atura hoc vtz est si sane intelligat. **S**ic quippe intelligendū est qz in h̄ gradu cōtemplatiōis qm̄ mens rapit̄ in diuini luminis abyssū omniū ex- terioz obliuiscit̄. nescit qz penit̄ se ip̄az se ip̄m exiit et diuinuz induit quendā affectū et supmundanū to- ta qz transit in deū suū et i aliā glo- riā quā creatura sub esse creaturali nō attingit. qz in tali statu esse suum creatuz et sue nature hō excedit. et sub esse diuine gr̄e ita sublimē dīne substātie vnit̄ qz om̄es vires et po- tētie rationales sup̄ se eleuant̄ qz in diuinā claritatē trāssoruant̄. et sic nō est repibilis ibi ab aliq̄ creatura. **S**up̄ intellectū em̄ et mentē ibidem deū agnoscit. **I**n intellect⁹ em̄ noster et sensus corpoze⁹ intra terminos

scoenhausa dictoz

creature exercent nec etiā intellect⁹ excedit ens aut speculū. **I**nitio aē excedit sublimi⁹ intellectū theozicū qz intellect⁹ imaginatōez vel sensū. **M**ēs em̄ i hac vnide dīna qz extati- ca trāscēdit oēz creaturā et se ip̄az et om̄nē adū viriū apphēsiuaz. **E**t p̄ tāto dicit qz nō est repibilis ab cre- atura. **N**ō hāc abstractiōez diony- si⁹ inuitabat tymotheū in mystica theologi. dicens. **T**u at amice tymo- thee circa mysticas visiones forti- oritōe et sensus reliq̄ qz intellectu- les opatōes et oīa sensibilia qz intel- ligibilia et oīa existētia qz nō existen- tia. **E**t sicut est possibile ignote surge ad ei⁹ vnitionē q̄ est sup̄ om̄ez sbaz et cognitionez. et em̄ excessus tuū ip̄i⁹ ab om̄i irretēbili et absolu- to mūde ad sup̄sbalez dīnaz tene- braz radiū surū agēis. vide at vt null⁹ indoctorū h̄c audiat. **I**n hoc d̄bo dion̄. sapia summa includit̄ qz culmē totū p̄fect̄ dīs vt possibile ē via et p̄fūditas librozū dion̄. ario- pagite. **Q**d p̄tēa subiūgit qz inten- tio auctozis p̄fati videt̄ esse qz aīa definit esse in illa existētia quā p̄us habuit claret ex sup̄ dictis qz inten- tio auctozis talis nō fuit q̄lis exp̄- mit̄ a p̄dicto mḡfo. h̄ ex abūdanti- licet non incōuenienter possum⁹ di- cere qz intētio auctozis talis est qz excellentia rationalis creature in hoc perficitur et consumatur quā- to consurrectione amoris extatici in illud principium reuertitur vnde primordialit̄ exiuit. qz quā aīa intrat

Johānis Rnylbroich

in istud diuinitatis arcanū et in illud intime quietis secretū. tunc nō oportet q̄ ibi fiat corp̄is et anime dissolutio. sed in hmoi trāsformacione aīa diuidit̄ a spū per hunc moduz vt qđ aīale corpulentū et fetulētū est deorsū remaneat **S**pīritus aut̄ et qđ spūale est ad sūma euolet et vsqz ad speculationē diuine għe sublimet̄ et in eandē imaginem transformet̄ **N**ihil in creaturis vt dicit **R**ichardus in libro de exterminatione mali hac diuisione mirabilius cernit̄ vbi istud qđ est eēntialiter vnū atz indiuiduū in se ip̄m in q̄ndā portione diuidit̄ neqz in homie vno alia est eēntia ei⁹ spūs atqz alia eius aīa s; vna eadē qz substātia simplicis nature **N**on enī in hoc gemio vocabulo gemina substātia intelligit̄ sed tñ ad distinctionē ponitur gemina portio eiusdē essencie **I**n supior p̄ ip̄m. alia inferior per aīam designatur **I**n pro planiori intellectu istorū hñdo est cōsiderandū qđ spūs n̄r qñqz in tñ a corpe et aīa diuidit̄ vt spūs in spū et asserat̄ et qñque spūs sup̄ ip̄m esse dicat̄. et qñque spūs sine spū esse credat̄ **P**rimū patet in **J**obe qui de se ip̄so dicit **A**poc. p̄mo. **E**go fui in spū dñico die **Q**đ exponens haymo super apocalipsum dicit sic **J**obes sic in spū fuit qđ tñ ip̄am carnē sūdītus nō deseruit sed spūi eēnitatis sp̄s eius adhesit et a spū docēte assumptus fuit spūs docēdus. ideo taz mirabilia et pfūda vidit̄ **R**ichar

CCCXXV.

ous aut̄ exponēs idē verbū dicit sic an hoc est sp̄m in spiritū esse semet ip̄m intra se ip̄m totū colligē et ea q̄ circa carnē seu etiā in carne gerūtur interim penit⁹ ignorat̄ **S**cđm liquet in petro de q̄ in actibus ca. xij. dicit̄ **E**t petr⁹ ad se reuersus dicit̄ zc. **Q**uod exponens **R**ichard⁹ libro. ij. de cōtēplacione **H**oc sane nō insipientē dicit̄ qđ petrus lōge sup̄ hoīem fuerit. qz longe a semet ip̄o et sup̄ semet ip̄m recessit **A**lioqñ nō erat a quo ad se reuertēret̄ **H**oc itoz oñdit hugo sup̄ septimū hierarchie dicēs **A**cutum amoris est cum om̄ia trāscendendo despicit̄ **S**uperuidū autē amoris est cū etiā semet ip̄m cōtemplando relinqt̄. et in cōtēplacōe dilecti se despicit̄ et miro mō fit vt p̄ dilectiōis ignē in illū sustollit̄ qui est sup̄ se et p̄ vim amoris expellit̄ et exeat a se nec se cogitat dū deū solum amat **T**ertiū appebit in regina saba. de qua legit̄. iij. **R**egū iij. ca. qđ regina saba vtdēs sapiētīā salomonis et domū et hītacla et ordinē ministrantiū non hēbat vltra ip̄m **Q**đ exponēs **R**ichard. lib. v. de cōtēplacione ca. xij. recte nōne d̄r spūs se ip̄m nō h̄re. qñ incipit a se ip̄o oīno deficē et a suo esse in supmūdānū quendā et v̄ plus qz humanū statum trāsire in mirabili trāsfiguratione spūs ille ab humano videat̄ in dñū deficē ita vt ip̄e iam nō ip̄e eo duntaxat tēpe quo dño incipit alti⁹ inherē **Q**ui aut̄ adheret deo vn⁹ spūs ē

Defensio Jo. de

Et sic totū in istud diuinitatis ar/
canū inerat clamās cū ps. defecit
in salutare tuum aīa mea hec ille.
Isto habito ⁊ intellecto facillime
omīa illa dicta hui⁹ tertie ptis de
nuptiis intelligunt ⁊ exponūt Ex
isto patz facillime intellect⁹ clausu
le illius q̄ subiungit In ip̄a q̄dem
sui vacuitate p̄ fructiū amorē sp̄s
p̄dit semet ip̄m deiqz claritatē nul
lo intermediāte suscipit Sp̄s semet
ip̄m pro tāto d̄f̄ p̄dere. qz in tali
statu vbi sp̄s human⁹ in t̄m amo
ris feruorē sup̄ se rapit vt merito
sine sp̄u esse dicat. f̄cus est tāquaz
vas p̄ditū. eo q̄ semet ip̄m nō sē/
tit h̄ penit⁹ a se ip̄o exinanit absor
betur et deficit. luce clari⁹ constat
q̄ o grue d̄f̄ q̄ regina saba spiritū
suū p̄didit q̄ vltra sp̄m nō hēbat.
Sic s̄c̄r̄ paul⁹ ouenientē dicit sp̄m
suū p̄didisse q̄ in raptu cōstitut⁹
vix in corpe vel ex corp⁹ eēt igno
rauit. Q̄n̄ aut̄ mēs humana hunc
sup̄mū verticē id ē mentis excessū
attigerit tūc dei claritatē nullo in
termediāte suscipit qz ab omnib⁹
imaginib⁹ et simbolis absoluit et
ab omnibus opationib⁹ oim viriū
app̄hensiuaz tā inferiorū q̄ supe
riorū ociait atqz sup̄sbalem radiuz
d̄ine luciditatis ducit remoto oi
velamine et imediate deo vnitur.
sicqz dei claritatē nullo intermediā/
te suscipit Istud autē qd̄ dicit ac
sine inmissiōne ip̄e fit ea claritat.
qm̄ accipit satis claret ex p̄ditis
nō sit intelligendū et q̄lic̄ docto/
res s̄c̄ti idē sentiūt. In in epla in/

Schonhauia dictoꝝ

ferius annōta sic habet. Hac ho
ra incensi sicut aq̄ gutta vnita in/
fusa multo vino Sic ista efficiē lux
in d̄no optimata in optimo Opti
ma quippe ac om̄ps efficiē. q̄n̄ in
optimū ac in oipotentē tota trañ/
citur Cui satis cōcordat sup̄ septi
mū āgelice hierarchie dices Con
tēplatio est deifica silitudo q̄a dū
p̄ eā illuminati lucētes fiūt qd̄amō
ip̄ius luminis lucētis silitudinē ac
cipiūt Quō eni aer solis luce p̄fu
sus in eandē transformat luminis
claritatē adeo vt nō tam illumina
tus q̄ ip̄m lumē esse videat Et sic
ferrū in ip̄m ignē missū magis effi
citur ignis q̄ ignitū Sic viri p̄f̄ci
charitate induti siue imbuti chari
tas vident pot⁹ vt emphatice lo
quar q̄ charitate succenti Indui
mini ergo d̄nm sicut aer lucē sicut
ferrū ignē. et eritis lux in d̄no Sic
enim ferrū inflāmatū accipit in se
formam ignis et dat se totū et nō
premit et eripit se sibi remanēdo in
se s̄baliter inflāmatū ita aīa vnita
deo p̄ ignē d̄ni amoris q̄si totam
dat se et mittit se in deū et in deuz
trāsfōrta n̄ mutata s̄stātia p̄ria
trāsfōrt se totā in deo amorē qui
est vita sua et p̄ amorē fit q̄si tota
d̄ina Naturale nāqz est q̄ncūqz ali
quod trāsfōrtur in aliud istud ac
cipiat p̄prietates et oditōnes illi⁹
nature in quā trāsfōrmat Sic igit̄
mēs deuota cū i lumē thearchicū
trāsfōrtur fit qd̄amō claritas
quā accipit Itē qd̄ sequit̄ depen
detqz n̄m esse creatū ab esse c̄no

Johānis Ruybroich

et fm essentialē existentiā vnū cuz illo est sic accipienduz est. q̄ menti nre diuina eēntia realiter et p̄ntialiter cōdicatur. **U**biq̄ totus est de⁹ per exn̄tā sed nō in singulis eqliē p̄ efficientiā. **E**t licz ex toto se vbi q̄ opetur tñ nō totū q̄ potentie sue est vbiq̄ imo poti⁹ nusq̄ opaī. **N**ū qz p̄p̄tū ē diuine nature reb⁹ illabi et eoz intimis amozari q̄ p̄ sui illapsū cōseruare rerū naturas ne decidāt in nō esse. idcirco dicit q̄ n̄m esse creatū dependet ab eē etno. iuxta illud q̄ p̄bus dicit in lib de celo et mūdo. **A**b hoc q̄dez ente scz deo depēdet celū et terra. **E**t qz ex naē sue p̄p̄tate opetit ip̄i deo vt inhabitet in intimo aie ratōnalis. p̄pter q̄ dicit Aug. tu intimior intimo meo p̄pterea dicit q̄ esse n̄m creatū fm eēntialē existentiā vnū cuz illo est. diuerse sbe sūt spūs dei et spūs homis et ergo spūs hois nō est ita vnus cū spū dei sicut fili⁹ cū p̄re vnus est deus. **S**ed qz illapsu sue p̄ntialitatis inhabitat aiam rōnalē quā inē oia creata imagine sua insigniuit. p̄nes quā imaginē transformā tñtati p̄sonaz p̄cipabilis est diuine nature et beatitudinis illi⁹. idō dicit q̄ esse n̄m creatuz fm essentialē existentiā vnū cuz illo est. **D**e⁹ enī sc̄is suis triplicē vnionē f̄buit scilz nature gr̄e et gl̄ie. **E**t de hac vnione naturali p̄ quā de⁹ cōmōratur in intimo anime rōnalis dicitur istud est intelligendū. **Q**uadr-

CCCXXVJ

aut illō sit accipiendū. **U**niuersi q̄z sup̄ sui creationē in vite otemplatiue altitudine sublimati vnū sunt cuz hac deifica claritate. imo ipsa claritas ip̄i sūt. atqz in eo quo vt/vent q̄ q̄ vidēt lumine idēz sūt. satis patet ex p̄dictis q̄ sp̄ealī ex his q̄ dicta sūt in illa clausula. **N**e sine intermissione sit ipsa claritas quā accipit. **N**ō enim vult auctoz iste dicere q̄ spūs adherēs deo p̄ amplexū vnitiū q̄ supra se rapit virtute extatici amoris q̄ fiat vn⁹ vel idē cū deo simplicī substantie identitate qz hoc est impossibile h̄ fit vnus cū deo transsōrtionis similitudine gr̄e qz et b̄itudinis p̄ticipatōne feruidi amoris āplexu et inhesionē. **E**t hoc satis innuit in his v̄bis que postea subiūgit vniuersi deuoti spūs vnū cū deo p̄fūdo amoris defluuio sūt effecti nō quolibet quidē vnū h̄ id ip̄m q̄ ē ip̄a in se essentia dei. eo mō quem deifica beatitudo req̄rit. **E**t istud idē multi s̄cti doctozes dixerunt scz b̄tus dionysius. bernar. hugo sicut patet ex sup̄ allegatis. **S**icut in ipsa bt̄ssima tñtate a p̄re fili⁹ egredit̄ ab vtroqz spūs sc̄us aōz verus. p̄cedēs onedit̄ p̄rez q̄ filiū sic a fonte bonitatis sup̄ne sapientia vnitiua p̄cedēs menti deuote illapsa tāta vnione ip̄am onedit̄ spūi in tāto vt mereat̄ vt vnuz dicatur eē cū ip̄o. **H**ac vnitatez pe tebat xp̄s cuz dicebat. **K**ogo p̄ vt ip̄i vnū sint sicut ego q̄ tu vnuz

Defensio Jo. de

sumas. p̄inde his verbis q̄ sequū
tur. videt̄ insup̄ sentiūt et inueniūt
per hoc deificū lumē se s̄m esse vi/
tamq̄ suā increatā eandē foē sim/
plicem diuinitatis abyssum satis
mibi p̄cordare videt̄ s̄tia s̄cti au/
gustini in vi. lib. cōfessionū vbi dī
cit **I**nde amonitus redire ad me
ip̄m intraui in intima mea duce te
et potui qm̄ fact⁹ es adiutor me⁹
et intraui ⁊ vidi q̄licūq̄ oculo aie
mee sup̄ eundē oculū aie mee sup̄
mentē meā lucē dñi incōmutabilē
nec ita erat sup̄ mentē meā sicut
oleū supra aquā. nec sicut celū sup̄
terraz s̄ sup̄ior qz ip̄e fecit me et
ego inferior qz factus sum ab ea
Qui nouit veritatē nouit eam. no
uit efnitatē charitas nouit eā **A**d
cui⁹ euidentiā est sciendū q̄ create
p̄existūt in mente dīna siue in deo
simpliciter et vnice et hoc q̄ntuz ad
tria exēplaria s̄m rōnem distinctā
Primo p̄existūt creature in diuina
eēntia s̄m rōnes suas p̄fectiōales
⁊ qz om̄es p̄fectiōes sunt in deo
vnitissime ideo sic sub oimoda di/
stinctione in eēntia p̄existūt dīna
essentialit̄ potēntialiter et casualit̄.
Secūdo p̄existūt in mēte p̄na origi/
nalit̄ s̄m rōnes suas ydeales ⁊ iō
ibi puto apparet creaturaz distin/
ctio s̄m rōem intelligēdi **T**ertio p̄/
existūt in d̄bo eēno tanq̄ in exem/
plari p̄prio q̄ntū ad rōnes suas fa/
ctiuas et exēplares. et ideo ibi ap/
parent similitudines rez̄ sub distin/
ctiōne p̄fecta **E**st aut̄ intelligēdū
q̄ cū creatura dī in deo p̄existere

Schonhauia dictoz

s̄m similitudinē suā exemplarē non ē
intelligendū q̄ illa similitudo sit ali/
q̄d additū eēntie. qz sic aliq̄d acci/
dens caderet in deū **S**ed illa simi/
litudo est realit̄ ip̄a dīna essentia ⁊
ip̄m verbū intellectū tñ cū hūdi/
ne put est imitabile ⁊ p̄cipabile
a creatura **V**ult ergo auctor in
d̄bis p̄actis dicere q̄ qm̄ mēs rō/
nalis rapit̄ in dīne lucis abyssū ⁊
sup̄ se eleuat̄. statim deum sentit et
inuenit ⁊ experimentalit̄ suauitate de/
gustat. q̄ ip̄a creatura nō ē aliud
in deo s̄m suū ydiale q̄ ip̄a crea/
trix eēntia put dicit **A**nselm⁹ **P**or/
ro illud vltimū dcm̄ q̄d sepe dicit⁹
maḡ censet calūniandū et repro/
bandū videlz **I**lle sp̄s est supra
semet ip̄m translatus et deo viuifi/
catus gustās vadens qz in vnita/
te viuide abyssus in qua sese s̄z eē
suū increatū possidet immēsas di/
uitias q̄ ip̄emet est iuxta eū mod⁹
quo eas de⁹ gustat et videt. non
discrepat a veritate si recte intelli/
gatur ⁊ pie interpretetur **I**nlect⁹
enim hoz̄ verborū talis est q̄ qm̄
sp̄s celestis introducit sponsā
suā in cellā vinariā id ē abyssū sue
dulcedinis ei cōcedit degustāe t̄nc
plem̄ gaudiū et p̄fca delēctatio sp̄s
se id est menti deuote p̄pinant̄ ex/
q̄bus totū desiderū ei⁹ p̄fecte q̄e/
tatur. qz tūc introducit̄ in gaudi/
um dñi sui. et in cubiculū genitricis
sue q̄d nihil aliud est q̄ ip̄a dīna
eēntia sub rōne obiecti beatifici ⁊
vt exēplar ⁊ ydea rōnalis create
qz vt sic habet mentē rōnalē p̄prie

Johānis Rylsbroich

quietare et tūc assequit̄ vbertatez
et affluentia diuine gr̄e a qua ois
facietas et gr̄e fecūditas in aiā
diriuat̄ qz in claritatez verbi dīni
trāsfōrta deificat̄. vbi gustat imē/
sas diuitias q̄ ipemet est. qm̄ dōē
aia infinitatē illi⁹ gaudij nō com/
p̄hendit. sed tñ beatificā eius iden
titatē raptim apprehendit. iux̄ mo
dū sup̄ expositū **I**stud maxime fit
in raptu **P**ro declaratione autē il
lius dicti qd̄ subiūgitur gustans
videns immēsas diuitias iuxta eū
modū quo eas de⁹ gustat et vidz
est diligēt̄ aduertendū qd̄ verbū
eternū est qd̄a refectio mentalis
qd̄oā gaudiū intellectuale ipsoz
angeloz et oim beatorū qui pari
voto et cōcordia plene possident
oīm thesaur̄ celestis sapie et boni
tatis dīne. qui de torrente diuine
voluptatis cōtinue potant̄. et ab
vb̄tate suauitatis in ea degustāt
puritate obiectiua qua de⁹ frui
in se ip̄o ideo dicit qd̄ gustāt et vi
dent immēsas diuitias iuxta eum
modū quo eas de⁹ gustat et vidz
At aut̄ finē loquēdi faciā et textū
cū glosa proferā. cōclusio finalis
oim p̄dictoz et explanatio p̄clara
dictozū illi⁹ tertie ptis de ornatu
spūaliū nuptiaz stat in isto qd̄ sc̄i
iuxta vaticiniū ysaię pp̄be in terra
sua duplicia possidebūt qz sc̄i in
patria dupliciter reficientur et bea
tificabunt̄ hoc modo. q̄a vires et
potētie rōnales ad imaginē perti
nētes scz mēoria intelligētia et vo
luntas bibent de fonte viuo in ea

CCCXVij

puritate obiectiue sicut de⁹ sua fō
tali bonitate frui in se ip̄o. et iste
cedē vires faciabunt̄ et inebriabū
tur et hoc eēntialiter gaudio frui/
tionis et gustu intellectuāli diuine
dulcedinis vbi p̄ efficacā dīni lu
minis absorpte in dīne suauitatis
degustatione et āplexu et inhesio/
ne cōsumati amoris sopient̄. et req̄
escent ab omī opatione intellēcia/
li: et sic iste vires semp̄ erūt actiue
et operose cū hoc d̄scētes et ocio/
se semp̄ famelice semp̄ saturate di
uersis tñ respectib⁹ **I**stud donū qd̄
busdā sanctis licet paucissimis cō
cedit̄ in hac vita. sic paulo datum
fuit in raptu. h̄ hoc nō fixe nō im/
mobilē sed raptim trāsitōrie et flu
xibiliter sic sup̄ dictū est **I**sti⁹ opi
nionis fuit auctoz isti⁹ libri de or
natu spūaliū nuptiarū et eiusdem
opionis arbitroz fuisse beatū dīo
nysum sicut patz inspicienti libzū
suū de mystica theologia. et huic
opinionī ego adhereo h̄ nō p̄tina
citer **S**i qd̄ enī hic dictū videt̄ qd̄
appeat repugnaē veritatibus ar
ticuloz fidei. hoc totuz reuoco et
correctōni sc̄e m̄ris eccl̄ie in q̄ xp̄s
suā sc̄issimā auētatē trāsfundit me
et quicqd̄ hic dictū est sūmitto **N**o
extremū h̄ infero qd̄ magna intelli
gendi est expientia. put sc̄i testan
tur **E**t ille optime v̄itatem iudicij
nouit qui eā nō audiendo soluz h̄
gustando et faciēdo didicit **Q**ui
eniz v̄itati vnit⁹ est ex ip̄a vnione
bñ nouit qd̄ bñ sentit. q̄uis eū mul
ti corripiant tanq̄z mentis excessū

Defensio Jo. de

passum **I**n tali ergo materia que solū per experientia et gustū cognoscitur magis est credendū his qui notitia experimentalis hec gustauerūt q̄ his qui solo lumine intellectus et librarū studio pollēt **H**ec autē sapia vnitua et anagogica que omnez rōnis apphensionē trāscēdit sola diuina immisione p̄cipit. que non tm̄ affectū sup̄ se erigit et amōē extatico sponso altissimo creaturaz p̄fecte vnit h̄ insup̄ in tm̄ eleuat intellectū vt multo plus om̄i prudētia et cognitione diuinis fulgorib⁹ illustret q̄ aliquo ingenij exercitō valeat obtineri **E**t ergo nō vidēt mihi recte sapere qui nolunt q̄ aliquis de diuinis sciētis disserat nisi fuerit p̄bicus et naturalibus sciētis p̄ditus et imbut⁹ **I**ncōgruū enīz vidēt in tm̄ nature deferre studio artis et sollercie hoim q̄ plus possint hoibus afferre q̄ gr̄a q̄ repēte agit. subito imp̄mit. infallibilē docet. et inhesitanter facit existere mētes in his que docet. et luce clarius que alijs vident̄ obscura demōstrat **I**pa enī sapia et scia que sola sancti spūs influxione p̄cipit certissima et amātissima cōpbat. qz sine om̄i dubitatione et opione p̄cedit et oēm alteri⁹ discipline leuitatē excedit **H**anc doctrinaz p̄clare sapie sibi soli increata sapia reseruaē voluit vt sciat om̄is mortalis creatura q̄ ē doctor in celo qui solā verā sapientia sol electis scholarib⁹ per celestes emissiōes

Schonhauia dictorū

et sue claritatis radios māifestat et om̄es mūdi sapiētes cōfutat. cū simplex vetula vel idiota ad isti⁹ sapiētie vnitue cōsurrectionē p̄fēe possit attingere quaz nulla p̄bica scientia vel mōzlis industria apphēdit **Q**ue melius intelligim⁹ melius p̄ferimus **S**pūalis oīa d̄iudicat. et ip̄e a nemine iudicat **P**atet ergo ex his quō s̄ctissimi et excellentissimi doctores qui in vtraq̄ specie cōtēplationis p̄fecti fuerunt eadē docuerūt et senserūt que tertia pars libri de ornatu spūalium nuptiaz dogmatizat licet forte sub alijs verbis **N**ō autē refert diuersitas narrationis vbi eadē res narrat sicut dicit b̄tūs **A**ug⁹. **E**t ego p̄dicta doctrina nō ē abf̄tienda et elimināda. h̄ vbiq̄ sustineri pōt absq̄ piculo erroris tanq̄ cōsona et cōformis sanctorū patrū traditionib⁹ vñ q̄a verba hui⁹ libri ex seruido affectu et vigore dilectionis plata sūt. nō sūt recipienda s̄m sensū quē s̄m sonū vocis vident̄ facē h̄ s̄m sensū p̄ quo fiūt. intelligēda sūt et interpretāda et s̄m matiam subiectā sermones eius expetēdi **I**sta sunt spūalia et mystica et ideo solis spūalib⁹ sunt opanda et cōicanda. nec h̄mōi in scholis sūt tractāda **S**ed esto q̄ sepediā⁹ auctor in aliq̄bus forte nō ita dixisset sicut aliqui vellēt. vlt̄ qm̄ melius vel verius dici quisset. que cura de hoc? **I**n opuscul tractatorū multa corrigēda inueniunt

Johānis Ruysbroich

tur **S**i ad obiectionē alicuius tractatus sufficeret aliq̄ dīctū in eo corrigendū. pauci tractat⁹ recipiēdi essent **N**egare nō possū nec debeo ait **A**ug⁹. sicut in ip̄is morib⁹ meis. ita multa esse in tam multis opusculis meis que p̄nt iusto iudicio et nulla temeritate culpari **I**tē itēz noli meis l̄ris quasi canōicis scripturis inseruire. sed in illis ⁊ q̄d nō credebas incūctanter tibi inueniendū crede. in istis aut̄ q̄d certū hēbas nisi certū vel certe intellexeris noli firmiter tenere **N**on enim par auctoritas scripture canōice debet et earū expositionib⁹ **I**n oibus bene agere et in nullo deuiare nō est humilitatis s̄ deitatis **E**stimo tñ q̄ doctrina eius q̄ntum ad intellectū suū in paucis calumniā patiatur licet forte quedā plani⁹ et irrephensibilis potuiss̄ dixisse **H**ec dēa sufficiant oītra eos q̄ doctrinā p̄dicti viri vident̄ calūniari sub correctione tñ semp̄ meli⁹ sentientū. **S**z dicit aliq̄s q̄s ē iste qui ausus est os suū ponere in celum et respōdere dño **C**ācellario parisiensi discretissimo ⁊ eruditissimo viro. fateor charissime q̄ ego sum minim⁹ clericorū et religiosorum qui nō sum dignus vt soluar̄ corrigiam calciamentorū dñi mei **C**ācellarij qui incōpabiliter vitamozib⁹ et scientijs me p̄cellit **P**rotestor tñ q̄ nō ostentationis gr̄a nec temeritatis motus audacia p̄sūpsi r̄spondere obiectionib⁹ tāti viri

CCCxxvlij

Sed duo sunt que me mouerūt et incitauerunt ad scribēdū ista **P**rimū est quia emulatoz existens paterne traditionis et zelum gerēs pro doctrina p̄ris nō potui patieter sustinere vt ille liber quem per spiritū sanctū spero fuisse op̄ilatū vilipenderet̄ abhiceret̄ et cōtēptui haberetur **S**cđm est quia ānuens p̄hs p̄ribus et desiderijs fr̄is bartholomei qui instanter p̄t q̄busdam referētibus intellexi rogauit sibi intellectū verborū illius tertie partis libri de ornatu spiritaliū nuptiarū exponi et referari iustici et laborauī inquantū potui dīcta tertie partis p̄fati libri explana re et ad quē intellectū essent capiēda enodare **S**ed scripsi vt debui approba tu et tui **S**i vero non vt debui ignosce x̄pe tu et tui **A**men

Explicit libellus Job. de schoenhouia in quo defendit dīcta fr̄is Joh̄is Ruysbroich oītra maḡm Jobem Gerson Cancellariū Parisiensem.